



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 2. Principes Christiani ab Innocentio ad bellum in Turcas excitati

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Sæcul. XV.
A. C. 1485.

Nacler.

gener. 50.

pag. 503.

Onuphr. in

vit. Innoc.

VIII.

Bullar. to. 3.

Surius 15.

Novembr.

tom. 6.

cum complures illum Sanctorum factis adscribere decreverant; sæpius tamen la-
cra hæc cura interrupta, tandem a Six-
to IV. resumpta, promotaque est in
in Hungariam Cardinale S. Marci, qui
vitam ac Leopoldi miracula inquirere
simulque dabatur negotium Portuensi
piscopo S. R. E. Vicecancellario, necnon
Episcopo Prænestino, ut uterque testis
hanc in rem exciperent. Interveniens
tamen Sixti Pontificis obitu, Innocen-
tius VIII. ejusdem Successor, inspectis
probatisque Delegatorum testimoniis
crum Cardinalium Senatam coegit,
quo Franciscus Patavinus causarum Con-
sistorialium Actor vitæ sanctitatem
luculenta miracula, quæ Deus per
Leopoldi merita operari dignatus est, e-
legantissima oratione celebrabat. Inno-
centius his testibus, necnon Friderico
qui genus ex Leopoldo ducebat, præ-
bus permotus, die sexta Januarii Anno
Domini millesimo quadringentesimo octo-
gesimo quinto Canonisationis diplomata
promulgavit.

§. II.

*Principes Christiani ab Innocentio
bellum in Turcas excitati.*

Interim Italia compertis ingentibus Tur-
carum progressibus maximo terrore
percellit

Sæcul. XV.
A. C. 1485.

percelleretur; pertimescebant enim omnes, ne Bajazethes Imperator, protensis imperii sui finibus, hanc quoque Provinciam subjugare moliretur, mutuis Christianorum Principum diffidiis, bellisque potissimum hostilem Barbarorum audaciam adjuvantibus. Igitur summus Pontifex, ut imminens hocce malum præverteret, datis ad Principes literis impense eos adhortatur, ut compositis dissensionibus adversus Christiani nominis hostem foederibus juncti propriam Jesu Christi causam defenderent. In epistola, quam Papa ad Ferdinandum Neapolis Regem perscripsit, significat, se crebris Orientalium nunciis de formidando Bajazethis apparatu adversus Italiam fuisse edoctum, ac propterea frequentes Cardinalium, atque Oratorum Principum conventus habuisse, communique consilio decretum, sexaginta triremium, & viginti grandiorum navium classem ad tuenda Status Ecclesiastici littora esse instruendam: postea eundem de sumptuum, qui a singulis foederatis Italiae Principibus conferendi essent, æqua & rata portione certiorum fecit, simulque declaravit, quod ipse quoque non aurum modo, sed & cruorem pro communi totius Ecclesie causa alacriter profundere paratus esset. Data est hæc

*Onuphr. in
vita Innoc.
VIII.*

Sæcul. XV. hæc Epistola Romæ die undecima Fe-
 A.C. 1485. bruarii.

§. III.

*Belli auxilia a Principibus Italiae
 promissa.*

Raynald. ad
 hunc ann.
 1485.

Haud segniori fervore ceteros quoque
 Italiæ Principes incitabat, nec in-
 prorsus conatu; quippe Hercules Dux
 rariensis octo millia aureorum, totidem
 que Senenses, Marchio autem Mantua-
 nus sex millia, Montisferratensis duo
 millia, nec pauciora Lucenses suppedita-
 re polliciti sunt: Florentini vero, quibus
 Papa triginta sex millium aureorum sub-
 sidia imponebat, sub variis prætextibus
 sese eximere nitebantur, maxime ex
 istam Genuensi bello Rempublicam con-
 sati; hac tamen eorum excusatione
 minime probata, Innocentius eisdem
 oculos ponebat, non jam de exiguo
 ignobilique oppido, sed de totius Italiae
 salute, ipsaque religione agi; eosdem
 nim casus, ni mature infideles propulsi
 rentur, cum aliis Italis & ipsos quoque
 subituros, *Potens est*, inquit Pontifex
*Respublica vestra, hoc onus perserte pro
 gloria Dei, pro Christiano nomine, &
 pro conservatione rerum vestrarum, etiam
 alieno bello occupati sitis, quamquam nihil
 prater*